

renuntiatio fuerit, & probatio ad mutuam spectabit.

5. Leges de non numerata pecunia extendi debent ad quamcumque aliam rem, quae mutuo data fuit.

6. Cum mutuo datur pecunia filio familias licet in aliis contractibus possit obligari, qui maior est 25. annis, in hoc non potest ex privilegio Macedoniano; & quod in utroque foro verum est, & non potest a filio renuntari.

¶ **QUIBUS IN CASIBUS non possit hoc privilegio uti.** Vide Villal. to. 2. tr. 2.2. q. 1. n. 11.

7. Cum mutuo datur pecunia loco pro, creditori probare incumbit, si conversam fuisse in illius utilitatem.

8. Cum Prælati ex Capitulo consensus mutuum accepit nomine Ecclesie, quamvis creditor non probet in Ecclesie utilitatem fuisse conversum, solutio illi g. facienda est. Si autem ad solutionem necesse sit rem immobilem alienare, probatio ad creditorem spectat.

9. Si privata persona nomine Ecclesie habens ab ea facultatem mutuo aliquid accepit, non h. tenetur creditor probare conversum fuisse in Ecclesie utilitatem.

10. Si tutor, vel curator nomine pupilli vel minoris aliquid mutuo accepit non h. tenetur pupillum, vel minor ad solutionem, nisi probetur in illorum utilitatem fuisse conversum. Mutuus autem actionem habebit adversum eum, qui mutuum accepit.

11. Mutuus repetens ante tempus, quia mutuo egebat, non tenetur ad interest, nisi mutuatarius aliunde esset accepturus.

12. Cum pecunia deponitur cum facultate utendi ex deposito fit mutuum.

13. Si quis det oleum recepturus frumentum, mutuum est implicitum.

14. Qui mutuo frumentum accepit eadem mensura debet illud reddere, etiam si plus valeat redditionis tempore. Mutuatæ tamen pecunie valor computandus est non ex tempore redditionis, sed mutuo acceptio.

15. Pactum de recipiendo pretio frumenti quantum valet tempore mutuo dationis, non mutui, sed venditionis est.

16. Si certum vel probabilis est rem mutuo datam tempore redditionis plus esse valituram, non p. potes obligare mutuatarium ut eadem mensura rem tibi reddat, qua accepit, sed ea quæ æquet pretium tempore traditionis.

17. Qui mutuo rem accepit reddidit per nuntium fidelem mutuatari, & ad illum non pervenit, tenetur g. restituere, nisi nuntius ab ipso mutuo ante electus fuerit.

¶ L. 1. & seq. d. & c. ad Macedoniam.

¶ Faber. in parag.

quæ disti-

mus insti.

Quod

omni co.

g. Molin.

de iust. to.

2. disp. 100

8. quod

quibus d.

de fidei ius-

for.

¶ Molina

ubi supra.

¶ l. 1. §. e.

quando

ex facto

tutor.

¶ Comm.

DD.

¶ Comm.

DD.

¶ Comm.

DD.

¶ Ex sele-

ctis Di-

ctoribus.

¶ Comm.

DD.

18. Mutuum verum solum reperitur in rebus, quæ vel consumuntur, vel constant numero, pondere, & mensura, in aliis mutuum palliatum est. Vide verb. *Narra*.

19. Illicitum est mutuum aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usq; ad certum tempus.

¶ In decr. Alexandri Villan. 1666. ff. Mart.

DISPUTATIO IN CVLÆ Præjacentes.

RESOLUTIONES VARIE.

N.

NAVFRAGIV M.



1. Ut accipit bona naufragio amissa, quæ non erant piratarum, nec infidelium, etiam si aliâ essent peritura, tenetur restituere, nisi mortis periculo se exponeret, ut ea servaret, & dominus aliunde non esset recuperaturus.

2. Qui capit amissa à piratis, vel infidelibus, cum quibus non est iustum bellum, restituere h. tenetur.

3. Prologium illud, quod res aliena ubicumque invenitur domino est restituenda, locum non habet in aliquibus.

4. In re usi capta, i. In re pro derelicta habita.

5. In casu naufragii quando factis præsumitur dominus illam habere pro derelicta.

6. Quod tempore procellæ mittitur in mare ad levandam navim non habetur pro derelicta.

7. Res habetur pro derelicta, quando illius recuperatio est difficilis, ut nemo credatur pro re illa recuperanda, mortis se periculo expositurum.

NECESSITAS.

1. Existenti in necessitate extrema aliquando qui tenetur succurrere etiam cum proprio periculo.

¶ Comm. DD.

¶ In decr. Alexandri Villan. 1666. ff. Mart.

¶ Navar. c. 17.

¶ Comm. DD.

¶ Vide Navar. ubi sup.

¶ Idem c. 17. n. 29.

¶ Comm. DD.

¶ N. var. c. 17. n. 11.

2. Ex-

Idem c.
17, n. 6.

560 *Necessitas. Negromantia. Negotium, &c.*
2. Extremè indigens non tenetur restituere extremè eti-
am indigenti, nisi rei restituenda dominium sit apud credi-
torem.

Idem
num. 61,
d Comm.
DD.

3. Qui rem alienam accepit in extrema necessitate, cum
ad pinguorem fortunam pervenerit, restituere tenetur.
4. Necessitas facit omnia communia, id est communican-
da, si sufficit autem mutuo dare indigenti.

c Comm.
DD.

5. Qui absque extrema necessitate accepit aliquid ad co-
medendum vel vestiendum, et peccat, & tenetur restituere. Id-
dem dic de eo, qui res alienas supervacaneas accepit ad sibi,
vel alteri subveniendum.

f Navar.
ubi supra
n. 118.

6. Qui aliter non potest extremè indigenti subvenire spo-
teat occultè alicui capere, sed cum obligatione restituendi.

g Idem c.
17, n. 45.

7. Extremè indigentibus excommunicatis, vel infidelibus
vendenda sunt necessaria ad sustentationem, & ipsi tene-
mur subvenire non solum in extrema, sed etiam in gravi ne-
cessitate.

NEGROMANTIA.

a Comm.
DD.

1. Negromantiam addicens a peccat mortaliter.

NEGOTIUM.

a Navar.
c. 17, n.
259,
d Idem ubi
sup.

1. Negotiorum gestor negotium restituere tenetur, quan-
do illud in principali sua culpa damnificavit, & periculo ei-
us erit iactura, quam contra pactum fecit.

2. Qui promittit se gratis negotium facturum si stipendium
clam accipiat b peccat, & restituere tenetur.

NEOPHYTVS.

a Navar.
c. 17, n.
295.

1. Neophytus id est recenter conversus non debet ordina-
ri. Neophytus verò non dicitur Christianus novus nisi fue-
rit recenter conversus.

NOTARIUS Vide *Tabellio.*
NOTORIUM Vide *Manifestum.*

NUMERVS.

a Comm.
DD.

1. Peccatorum numerus necessario est a constitendus, &
necessa-

Numerus. Novitius.

necessario interrogandus, nec sufficit dicere, se sepe peccasse.

2. Cum numerus non dicitur propter oblivionem ex culpa
lata proveniente, Confessio b est nulla. Quia tamen facta
debita diligentia recordari nequit propter multitudinem, suf-
ficit quòd statum, & temporis diuturnitatem aperiat, ut in-
teritrix.

a Comm.
DD.

3. Toties peccatorum numerus augetur, et quoties voluntas
interrupta renovatur, secus tamen est in actibus exterioribus.

Vide
Navar. c. 1.

4. Non multiplicatur a peccatum, si manente eodem actu
exteriori sepe interruptatur voluntas, ac renovetur; vel e
d eundem
ubi supra
n. 10.

5. Cum actus interiores, & exteriores multiplicantur, si se
habent ut via ad unum numero peccatum, non multiplican-
tur peccata, secus si per se sint peccata separata.

a Comm.
DD.

6. Nec etiam multiplicatur f per actus consequentes &
subsequentes, quando non est notabilis interruptio inter actus
preambulos, & consequentes, & ipsum actum principalem.
Si tamen est notabilis interruptio licet sint diversa peccata in
genere moris, non tamen sunt necessario constitenda, quia
unico consummantur actus.

a Comm.
DD.

7. Multiplicatur g tamen numerus per secundam copulam, & Commi-
quantis prima sit proxima. DD.

8. Consumens integrum diem in perpetrando homicidio,
tunc b tantum facit peccatum.

b Commi-
DD.

9. Qui per multum temporis sequitur fornicam, qua non
potitur, toties distincta numero peccata committit, & quoties
interruptit malam voluntatem cessando ab opere exteriori
ad illud peccatum ordinato, & iterum illud opus ad inhone-
stam actum ordinando.

Vide
Navar.
ubi supra
n. 12.

**DISPVT. I. SECT. I.
RESOLUTIONES VARIÆ.**

NOVITIVS.

De ingressu in Religionem.

1. Ingressus in religionem cum paucis, & timorata con-
scientia viris consulendus a est, a D. Tho.
1, 2, q. 189,
Nn a Non
ate 10.

5 c. si quis incognitus 17. q. 1. 2. Non licet b servo religionem ingredi, & profiteri sine consensu domini. Si autem professionem emiseric, & illius dominus intra triennium illum petierit reddendus est.

3. Si servus per fraudem professionem emiseric etiam domino redditus manet religioni obligatus, & ita ut post acquisitionem libertatem non possit matrimonium contrahere. Et prædicta vera sunt in quibuscumque servis, colonis, originariis, vel adscriptitiis.

4. Concilium Tridentinum à excommunicatione omnes conjugumque status sint, vel conditionis qui quomodocumque coegerint aliquam virginem, aut viduam, vel aliam quamcumque mulierem invitam, præterquam in casibus iure expressis ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel admittendam professionem.

5. Qui alteri est obligatus etiam cum juramento, ut qui est ad reipublicæ servitium obligatus, potest & religionem ingredi. Tenetur tamen, si potest per alium servitium adimplere.

6. Qui are alieno gravatus est, si unde solvat nec habendi spem habeat, facta creditoribus cessione bonorum, potest f ingredi religionem.

7. Qui de fide debitis non solutis professionem emiseric, si alicujus artis gnarus est, tenetur g laborare, ut debitoribus satisfaciatur.

8. Thesauri publici custos, depositarius generalis, & similes alii non possunt, b nisi muneris sui ratione reddita ingredi religionem.

9. Qui habet parentes in gravi necessitate constitutos non potest fieri religiosus etiam si votum emiseric. Si tamen professionem fecerit valida erit, tenebitur tamen exire cum licentia Prælati, vel sine illa habitu retento, si aliter non potest parentes alere. Si tamen paupertas parentibus supervenerit post factam professionem filii non est ad hoc obligatus, m poterit tamen retento habitu ex Prælati consensu de religione exire. Sunt tamen qui dicant etiam in hoc casu esse obligatum exire à religione etiam renuente n Prælato.

10. Quod dictum est de filiis erga parentes, intelligendum est de parentibus erga filios. De fratribus autem erga fratres pauperes, vel sorores diversæ p est ratio. Si tamen quis fratres parvulos,

parvulos, & sorores puellas habentes ejus opera indigentes ingressum in religionem teneretur diserre.

11. Omnes 7 Ecclesiastici præter Episcopos consecratos, qui Papæ licentia indigent, possunt ingredi religionem, & donec professionem emittant, retinent beneficia, & dignitates, & illis debentur stipendia extrinseca tantum parte, que illorum debetur substituitis.

12. Post matrimonium ratum, & non consummatum etiam uxore renuente ingredi religionem f licet, & facta professione conjux alter liber manet ad contrahendum cum alio.

13. Qui religionis regulam profiteretur, licet aliqua illius, in quibus substantia religionis non consistit, servare non possit, valide r profiteretur.

14. Hermaphrodita, u in quo equaliter viget sexus uterque, non potest ingredi religionem mulierum, quia est vir, nec virorum, quia est femina. Si autem sexus femineus prevaleret, valide profiteretur in monasterio seminarum, sed propter scândalum posset à Papæ expelli, & à Prælati religionis ex Leonis X. privilegio, x

15. Maritus, qui sine consensu uxoris professionem emiseric, ab illa extrahi poterit; ipse tamen non poterit debitum petere, sed tantum reddere. Idem dicit cum uxor per metum, vel fraudem consensum praestiterit. y

QVAE QUALITATES in novitiis requirantur secundum Sixti P. Gregorius XIII. & Clementis VIII. constitutiones. Vide Villalobos tom. 2. r. 37. s. dist. 9.

16. Cum inhabilitas novitii non est à jure communi, valida z erit illius professio, licet sit contra Constitutiones Sixti V. quia moderate sunt à Clemente VIII.

17. Societas Jesu a potest novitios admittere, & cum illegitimis dispensare juxta suas Constitutiones ex privilegio Greg. XIII.

18. Novitiatu Societatis debet durare per biennium, & in Novitiorum in Societatem cooperatione derogata b fuerunt Constitutiones Sixti V. & aliorum Pontificum.

19. Suffragia Consultorum in Societate Jesu ad admittendos Novitios non sunt decisiva, sed consultiva. c

20. Quinque sunt d in nostra Societate impedimenta essentialia, & qui cum quolibet illorum etiam ad ultimam professionem esset admissus, pro se ipse ejus esset nulla.

21. Primum est recessisse à gremio sanctæ Ecclesiæ fidem abnegando, vel in errores circa ipsam sic incurriendo, ut damnatus ob aliquam propositionem hæreticam quis fuerit,

7 D. Tho. 2. 2. p. ult. art. 7. e licet, de regul.

sc. verum ex publi. co. de converter. contra p. Villal. tom. 2. tit. 35. dist. 7. s. Henrici lib. 14. de ierog. o. n. 6. x f. Eman. in Sum. 2. p. c. 6. ad finem.

y c. succedentes, & c. veniens, de converter. contra p. 2. Ex Bull. Clem. VIII. 4 Ex Bull. Greg. XIIII.

3 Et es. dem Bulla.

e Ex eadem Bulla. 4 Ex c. 2. examinatis in lib. constit.

564

Novitius.

vel ut suspectus hæresis per sententiam publicam declaratus, vel si infamis ob excommunicationem tanquam schismaticus spreta autoritate, & providentia sanctæ matris Ecclesiæ extiterit. Hæresis autem si fuerit nationalis non im-pedit.

22. Secundum est. Homicidium aliquando perpetrasse, vel publicè infamem propter enormia peccata fuisse.

23. Tertium est, Habitum sumpsisse alicujus Religionis Fratrum, vel Clericorum vitam aliquando cum eis in obedientia agendo, sive emissâ, sive non emissâ professione, vel eremitam cum vestibus monachalibus fuisse.

24. Quartum, vinculo matrimonii consummatum, vel servitutis legitime ligatum esse.

25. Quintum, infirmitatem pati unde obscurari, vel parum sanum iudicium ei reddi solet, vel dispositionem notabilem ad huiusmodi infirmitatem habere.

26. Sextum, in his non potest Generalis, nec Societas dispensare, potest tamen Papa, ejus Nuntius, & Summus Pontifex.

27. Obligatio ingressuri deponendi impedimenta in examine est in re gravi, & ad peccatum mortale obligans, & eidem cui quod celatum est, aperendum erat, reservatum, & vel ad eum, qui illius locum tenet.

28. Ex Judæis, vel Mauris modernis Christianis, vel notatis, vel declaratis ob aliquem errorem contra Christianam religionem progeniti sunt inhabiles Societati, sed licet hæc inhabilitas non sit essentialis, in ea dispensare Generalis non potest. Qui verò bona fide est receptus valide fecit professionem, ante illam verò si error cognoscatur est dimittendus.

29. Qui degunt in provinciis valde remotis, vel cum sua provincia ab infidelibus est occupata facta diligenti inquisitione, si nulla inhabilitas inveniatur, possunt ad religionem admitti.

30. Illi quorum parentes, & progenitores paterni, sive materni viventes, seu defuncti usque ad quartam generationem inclusive hæretici declarati, & ut tales condemnati, ac illi, seu illorum corpora, & ossa vel statuae igni traditi fuerint originem trahentes. Hæc verba sunt Constitutionis Franciscanæ, & per eam qui tales sunt, etiam si professionem emisserint, & per multos annos in religione vixerint, ejiciendi sunt, nisi ante parentum delicta fuerint progeniti.

31. Nemo,

31. Nemo, qui jure majoratus gaudet in Hispania, nisi habita facultate à N. R. P. Generali potest in Societatem recipi, & is debet esse talibus ornatus donis, ut spem magnam præbeat se post biennium probationis idoneum exiturum, ut ad professionem trium votorum admitti queat.

32. Nostri, qui ante ingressum in Societatem Ecclesiastica beneficia quæcumque obtinuit sinito probationis biennio, priusquam vota simplicia scholasticorum emittant, omnino resignare debent, non obstante canone Primæ Congregationis.

33. Biennium novitatus Societatis potest aliquando, raro, tamen contrahi, & ante illud admitti Novitius ad vota religionis. Facultas hæc est apud Societatem, sed usus interdicitur, nisi in casu raro ad professionem solemnem.

34. Novitiis declarandum est antequam vota emittant, quod promissio, & verum facturi sunt de ingrediendo Societatem, est novum, & verum votum admittendi gradum, quem superior ei convenire in Domino judicaverit.

35. Novitius, qui ex laboribus novitatus incidit in morbum ob quem inutilis redditur religioni, licet potest dimitti; sed verò hoc contingat post vota biennii, nisi ipse contentus sit exire.

36. Moribundos non licet ante biennium ad vota religionis admittere, sufficit ut ad devotionis vota admittantur.

37. Novitius teneri ad casus reservatos alii negant, alii affirmant; omnes autem ex nostra Societate affirmativam sententiam sequi debent ex ordinatione P. N. Generalis Claudii. Unde ab alio quam à superiore vel de ejus licentia non possunt absolvi. Si autem habeant Bullam Cruciatæ an à quocumque Confessario approbato ab ordinario possit absolvi non est facile judicare; posse probabilius videtur.

38. Omnia peccata, quæ in nostra Societate annexam habent excommunicationem sunt reservata, & ipsæ etiam censuræ annexæ Novitii possunt absolvi.

39. Novitii ut vota religionis emittant habere debent decimum sextum annum completum.

40. Novitii Præbenda, vel Beneficium non vacat nisi cum Religionem ingreditur, & fructus facit suos donec profiteatur.

41. Excommunicatio in nostra Societate lata in eos, qui

¶ Vel si per unum diem, vel quodlibet tempus etiam brevissimum.

¶ Vide o. supradicta. ex aminis.

¶ Ex o. 3. ex aminis.

¶ Ex de. decret. 14. 3. Congr. ex can. 1.

¶ Villal. to. 1. cap. 35.

Ex de. 14. Cong. 31. ex can. 4.

¶ Ex de. 17. & can. 5. Cong. 10. Cong. 5. & ex can. 10.

¶ Ex de. 39. Cong. 5.

¶ Ex cod. de. 1.

¶ Ex de. 10. 5. C. 6.

¶ Ex de. 1. N. P. 6. Claudii

¶ Ex So. cietatis Constitutionibus. Comm. DD.

¶ Comm. DD.

* Sic con- cum extraneis agunt de sua dimissione non comprehendit a docti. ref. Novitios, quia his liberum est à Societate exire.

42. Biennium novitatus debet 7 incipere à die legitime receptionis ad habitum; & ab anno pubertatis in viris à 14. in feminis à 12.

43. Si quis ab aliquo religioso recipetur ad habitum, à die qua Prælatus ratum habuit, novitatus 7 incipit, & necessarium est quod habitum a deferat.

44. Novitatus in aliis religionibus debet esse annus integer, & continuatus à momento in momentum; & non dicitur interruptus, quando Novitius aegrotus rediit in domum suam, ut curetur habitum religionis deferens.

45. Annus probationis potest finire e ante decimum sextum ætatis annum, & non a potest à Novitio, neque à Religione renuntiare, quod non sit integer, & continuus.

46. Moniales ex privilegio e Pii V. possunt in articulo mortis ante annum profiteri, dummodo decimum sextum annum habeant, sed in bona illius monasterium non succedat.

47. In aliis Religionibus est s privilegium in mortis articulo admitendi ad habitum, & ad professionem Novitios etiam si nullus præcesserit probationis dies. In nostra autem societate non licet, nec valet admissio.

48. Qui post matrimonium ratum, & non consummatum nunc unam, nunc aliam religionem ingreditur, licet sit in conjugis damnus; non potest g ad professionem compelli.

49. Novitius, qui eodem die quo exivit reversus est, si animo non redeundi exivit, probationis annum h interrumpisse censetur.

SECTIO II.

De variis resolutionibus ad Novitios spectantibus.

1. Novitius grave aliquod crimen perpetrans à suo Prælato, & non ab alio puniendus a est.

2. Non h potest eligi in Prælatum Religionis, bene tamen in Episcopum, nec potest prima tonsura ordinari.

3. Potest e condere testamentum ea solemnitate qua secularis, & valet d licet monasterio nihil relinquat secundum probabiliorem.

4. Si ab intestato moriatur e, illi succedunt hæredes ab intestato secundum probabiliorem.

5. Gaudet s privilegio canonis si quis suadens, quamvis careat prima tonsura.

¶ *POAD VOTA notitiorum vide verbum Vota.*

6. Novitius non perseverans, non tenetur g solvere sumptus alimentorum.

AN VALEANT renunciaciones, ac donaciones à Novitiis facta ante professionem.

7. Nulla renunciatio facta à Novitio etiam cum juramento valet, nisi fiat cum licentia Episcopi, vel ejus Vicarii intra duos menses proximos ante professionem, & non censetur suum effectum sortiri, nisi secuta professione, aliter facta etiam jurata, & favore hoc renunciatio non valet ex Tridentini h Decreto.

8. Non prohibetur i testamentum condere, si facta fuit renunciatio juxta Tridentini formam, etiam si professio differtur, valet.

9. Hoc decretum locum non habet quando facta fuit renunciatio ante susceptionem i habitus, etiam si illam fecerit animo illum suscipiendi. Contraria tamen sententia à viris doctis defenditur.

10. Si fiat hæc donatio in ipso ingressu non valet, m & idem dicitur fiat in fraudem Tridentini canonis intuitu religionis ante ingressum.

11. Si professio fuit ante ætatem legitimam, nec professio,

a Azor. 1.

p. lib. 12. c.

2. q. 11.

b c. nullus de elec.

in 6.

c. e. monaf.

19. q. 3.

d c. si qua mulier

19. q. 3.

e Abb. in c. in præsent.

f. religio so pa 2. q.

quævis de sent.

excom.

e Azor. 1.

p. lib. 12.

c. 3. q. 2.

b Trid. ses.

25. de reg.

i Ex de-clar. Card.

i Ex ipsa Cardin. ubi sup.

m Facinac.

ex eadem de elec. Vi-

delictum

lib. 2. c. 47.

nec num. 40.

SECTIO

¶ Villal. 10.2.1r.35. dif. 12.7. o Idem ubi sup.

nec donatio valent; n & idem dic si Novitius ante professionem moriatur.

12. Episcopi vel Vicarii licentia est necessaria, o nisi donatio fiat ad tempus professionis, quia est quasi donatio causa mortis ad modum testamenti.

¶ F. Eman. in sum. 2. p. c. 8. n. 2.

13. Potest p Novitius non obstante dicto canone contractus onerosos celebrare, & secundum probabiliorum sententiam non loquitur Tridentinum de beneficiorum renunciatione.

14. Etiam, si donatio facta à Novitio fiat cum pacto quod non valeat, nisi sequatur professione est q nulla, nisi serventur Tridentini condiciones.

g Trid. ses. 24. de reg. c. 16.

AN POSSIT PROFESSIO differri expleto anno probationis?

¶ Comm. DD.

15. Professio Novitii etiam habilis ad Religionem ex illius consensu potest à Prælo differri. Si autem sit inhabilis, vel quia non sanus, vel non virtuosus pro Prælati arbitrio debet differri, dummodo habeat spem probabilem, quod efficiatur habilis intra sex menses.

AN DURANTE probationis anno possit recipi aliqui à parentibus, consanguineis, vel Curatoribus Novitiorum, vel Novitiarum dotet.

f Trid. ses. 25. c. 16. de reg.

16. Circa hoc Tridentinum decrevit, Quod nihil à Novitius vel eorum parentibus, consanguineis, vel Curatoribus possit recipi sub quocumque respectu, & quod contrarium facientes excommunicentur ab Episcopo.

¶ Miranda de sac. monial. q. 8. art. 9.

17. Mutuo accipere sub pignore, quantum non sit à Concilio prohibuit, peccati mortalis non caret scrupulo. Si autem ob hoc mutuum novitii alimenta remittantur, erit usura.

¶ Trid. ses. 25. de reg. c. 1. n. 1. & 6.

18. Propinæ, & cereæ, quæ novitius in professione acquiritur, licet hoc contra Tridentinum sit, licet tamen jam propter consuetudinem inter Moniales; debent tamen eam abolerè Prælati.

DE EO QVI POTEST professionem emittere, & expressa quomodo sit faciendâ?

19. Ut professio sit valida, necessarium est ut Novitius per annum integrum probetur, & habeat 16. annum completum.

¶ F. Eman. 10. 3. q. 7. tit. 20.

20. Ex PP. Minorum constitutione ad professionem non admittitur, nisi qui adimpleverit 18. annum, & si autem in 16. fieret valide fieret.

21. Si Novitius ante legitimam ætatem professionem secesserit, & per multum temporis inter alios ut profectus se gesserit

se gesserit, nisi legitimo tempore ratam habuerit professionem sciens fuisse invalidam, nulla erit, etiam post sacrorum Ordinum susceptionem.

22. Ad Prælatum Conventus, ubi Novitius adest, & profertur, & ad ipsum conventum pertinet x professionem dare Novitius. Et Generales illam dare non possunt, sine majori Conventus parte, si autem illam injustè negant potest illos cogere.

23. Professio faciendâ est in manu Prælati Religionis, vel de illius licentia in manu alterius viri laici, & per ratihabitionem.

24. Potest quis per Procuratorem b profiteri.

25. Si probabilis dubitatio e contingeret an jam professus esset baptizatus, professio iterum esset faciendâ, sed probatio Novitiatu per annum non esset itetandâ necessariò, tutius autem esset illam iterare.

26. Professio alia expressa, alia interpretativa. Expressa potest fieri etiam per nutus & non habet certam formam verborum.

AN PROFESSIO facta sub conditione valeat?

27. Si conditio est de præterito, vel de præsentibus, si vera valet, si est de futuro contingenti, vel contra Religionis substantiam non valet.

28. Si quis profiteretur sub conditione hac, quod scilicet bona sua recitetur sit subjecta tamen voluntati Prælatorum, valet g professio, Si vero conditio esset retinendi illa independentè à Prælo non valet, & sic conciliantur opinioniones contrariæ.

29. Si quis profiteretur cum intentione se non obligandi ad præcepta regulæ, obligatus nihilominus maneret. b

DE PROFESSIONE tacita, & quomodo fiat?

30. Professio tacita opera, & non verbo fit, & hodie non est à Tridentino ablata, si fiat post annum integrum probationis, & impleto decimo sexto ætatis anno, quibus servatis, si quis relicto habitu Novitii habitum profecti susciperet è manu superioris, & hujusmodi consuetudo recipendi profectos vigeret apud aliquam Religionem sine aliis verbis, talis professio valeret, quia non est contra mentem Concilii.

AN VALEAT professio facta ob irato, timorem, aut aliam animi perturbationem?

31. Ira aut alia animi perturbatio non facit irritam professionem.

32. Professio facta per vim aut metum cadentem in virum

¶ Azor. 1. l. 1. lib. 12. c. 4. q. 7.

z Navarr. cons. 9. de cons. l. 1.

¶ Innoc. 8. p. 2. c. 1. de reg.

¶ Ex reg. ratihabitionem de reg. jur. in 6.

¶ Azor. 1. l. 1. n. 6. 3. de de-

clar. Card. rati. c. 2. Vill. ubi sup. dif. 20

¶ Abb. in c. p. 2. c. 10. de reg. jur. d. 8. deus legitimi non recipiunt d. 6.

¶ F. Eman. 10. 3. q. 17. art. 6.

¶ Villal. ubi supra: f Trid. ses. 25. de regul. c. 15.

¶ Azor. 1. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 8. con-

m. c. Pra-
latum de
his que vi-
n. o. de hui-
tor. 1. s. a. a.
e Sanchez
de matr.
lib. 7. disp.
97. ou. 19.
p. idem u.
bi sup. n.
60. & 61.
p. idem u.
bi sup. n.
64. & vide
o. signifi-
canti de
reg.
p. Trid. ses.
21. de reg.
f. Comm.
DD.

Sanchez de
matr. l. 7.
dit. 17. n. 7.
u. Azor. 1.
p. l. 11. q. 6.

constantem est irrita, si vis fiat ad extorquendum consensum.

QVOMODO rati ficanda sit professio.

33. Cum quis est inhabilis ad professionem etiam si sepe rati ficet professionem nihil uagat.

34. Professio inualida nunquam rati ficatur, nisi quis sciat fuisse inualidam.

35. Cum professio fuit inualida ex defectu consensus propter metum, aut vim, sufficit, quod rati ficetur per interio- rem consensum, si Superior animum non mutauerit.

36. Cum fuit inualida ex defectu etatis, vel anni integri probationis, impletis his potest rati ficari per solum consen- sum professi sine novo consensu conuentus, & si post quin- quennium non reclamauerit, censetur consentire, & sine alia diligentia manet uere professus.

37. Qui bona fide professus statim ac se uicit professionem inualidam fuisse illam rati ficauit, antiquitatis locum a prima professione debet habere.

38. Ad rati ficandam professionem non est necessarius nouus annus Novitiatus, & qui illum non habuit integrum suffi- cit quod in habitu professi defectum adimpleat secundum

probabiliorcm opinionem, sed tutior est contraria.

39. An qui putans mortuum fuisse uxorem annum proba- tionis peregit, si postea alium pro illo tempore uixisse, sed jam mortuum esse, teneatur alium probationis annum agere, af- firmatiuus est tutior, negatiuus probabilior.

SECTIO III.

INTRA QVOD TEMPVS RECLAMA-
tio contra professionem faciend a sit.

Trid.
ses. 15. c.
19. de reg.

1. **V**T reclamatio admittatur tria Tridentinum requirit. 1. Quod reclamans non dimittat habitum ante recla- mationem. 2. Quod causas proponat ante suum Superiorem, & coram Ordinario, & superior debet esse conuentus illius, in quo professionem emisit, & Ordinarius illius loci. 3. Ut fiat intra quinquennium a die probationis, & non a die in qua sciunt inhabilitatem.

2. Qui habitum dimisit, quia aliter non potuit reclamare, vel si temere dimisit, & postea fuit ad illum restitutus ad- mittere.

mitrendus est, & audiendus h intra quinquennium.

3. Qui extra quinquennium reclamauit, & uere nunquam rati ficauit professionem, licet in foro exteriori presumatur professus, in interiori non est; & si potest sine scandalo licebit ei fugere a religione, & Superior si ei conitat de nullitate poterit permittere. Si autem non possit sine scandalo religio- nem deserere, tenebitur ad rati ficandam professionem, focus e- nim tenebitur alimenta religioni restituere, nec poterit sa- cris initiari.

4. Si dubium est an intra quinquennium animum habuerit rati ficandi professionem post illud professus presumendus est.

5. Etiam post quinquennium potest reclamare quando du- rat post illud inhabilitas posita a iure in fauorem Religionis, vel durat vis, vel metus cadens in constantem virum, vel alia iusta causa propter quam, ut minor 25 annis debeat in inte- gram restitui, vel si sit maior propter ignorantiam inuinci- bilem.

6. Qui legitime rati ficauit clausum omnino aditum ad re- clamandum habet.

AN IN PROFESSIONE omnia peccata remittantur quo- ad peccata.

7. Etiam si non esset a Pontificibus indulgentia concessa, ex vi heroici actus uitam a Deo gratam profitentis, omnia illi e- tiam quoad peccata peccata remittuntur.

8. Qui in statu peccati mortalis professionem fecit, si post penitentiam peccati gaudeat se professionem fecisse, & ani- mum habeat le de nouo obligandi Deo si obligatus non esset, pium est credere quoties hunc actum fecerit, toties remis- sionem omnium suorum peccatorum, quoad omnes peccata, uel saltem quoad maximam partem illarum a benignissimo Patre Deo consecuturum.

9. Gaudium hoc de bonis operibus etiam alienis est maxi- mi, & praeclarissimi inuerti apud Deum, qui est facillimus, & suauissimus omnibus. Gaudeamus ergo de omnibus sanctis operibus factis in Dei honorem ab omnibus creaturis a prin- cipio mundi, & facieadisper totam uernitatem. Et ad hoc diuinitissimum, & suauissimum exercitium omnes crea- turas inuitemus dicentes: *Benedicite omnia opera Do- mini Dominum*, uel *Laudate Dominum de caelis*, & alia Cantica huiusmodi. Gaudeamus insuper de omnibus diu- nis perfectionibus, demusque Deo gloriam, & sanctificatio- nem nomini eius, & gratia infinitas, & continuas propter mag- nam gloria suam, letemur in bonis eius, & miro modo omnia

Sanchez
ubi sup.
n. 150.

Vill. ubi
sup. dif. 5.
Vill. ubi
sup. dif. 5.

Navarr.
consil. 13.
n. 10. de
reg. lib. 3.
Sanchez
lib. 7. dif.
379. n. 13.
D. Th. 2. 2.
q. 180.
art. 3. ad 3.
g. Comm.
DD.

D. Tho-
ubi supra.

Vide
Vill. ubi
sup. dif. 20

V. de P.
D. d. Alu.
de auct.
diu. amo.

bona

bona Dei nostra erunt. Demus illi divinitatem per suffragium nostrum, demus & omnes perfectiones, gaudentes & jubilantes, quod Deus sit infinite perfectus. Hæc est scientia Sanctorum, & vera sapiëntia super aurum, & copation pretiosum, super regnum, & diadema gloriosum, & dulcis super mel, & sapor postulemense cã à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

QUIS SUCCESSIVUS est in bonis proficitur.

[Auth. in
gressas C.
de sacer.
Ecol.
Covar.
in 2.º. 8.
deteri.

10. Si faciens professionem testamentum non fecit, monasterium, si capax est, succedit.

¶ Melina
de pri.
mog. lib. 1

11. Si pater professionem faciens habebat usum fructuum bonorum adventitiorum filii, in hunc etiam succedit monasterium secundum aliquos DD. secundum alios verò *m* ipse filius, quia per professionem tanquam per mortem patris exiit à patria potestate, quod videtur probabilius.

¶ Auth. si
qua mu-
lier C. de
sacer. Ecol.
& ibi DD.

12. Majoratus proficentis non transit in monasterium, transit autem usufructus illius dum vivit religiosus, nisi sit clausula in contrarium.

13. Si professionem faciens habeat liberos, si ante non divisi legitimum inter eos, debet illam post professionem dividere, & residua erunt monasterii.

¶ Azor.

14. Idem dicendum est de filio respectu patris in ea parte, in qua succedere debet.

¶ Vill. ubi
sup.

15. Libri, quos filius habebat in seculo, si dati à patre fuerint ei jam Doctõri, vel Magistro, sunt quasi bona castrensia, & potest illos secum ferre in monasterium, secus p̄ verò si ei adhuc scholastico dati fuerunt, quia ad patrem pertinent.

16. Si Novitius ante professionem fecit testamentum, & in eo heredem instituit extraneum, si religio est capax bonorum bona testatoris possidebit usque ad mortem naturalem ejus.

SECTIO IV.

Varia circa Novitios resolutiones.

¶ Lestius.
¶ Suarez.

1. Si Novitius etiam sine licentia per tres, vel quatuor dies habitum deferens exeat ex Novitiatu, non ideo interrumpitur, modo si postea supplicentur. Si vero deserat habitum animo non redeundi, interrumpitur etiã si paniteat eodẽ b die.

¶ Diana 5,
p. ref. 17,
& ref. 129.

2. Novitii gaudet e omnibus privilegiis Religioni concessis.
3. Novitius rediens ad seculum non a reincident in censuras, vel irregularitates à quibus absolutus fuit in religione ex vi privilegiorum illius.

4. No.

4. Novitius etiam Capucinatorum potest e cum Pralati licentia reservare sibi electionem puellarum, quibus dotandis legatum in testamento reliquit, & ex eo omnia dubia resolvit.

f Comm.
DD.

5. In Bisextili duo dies pro uno computantur, & ideo Novitius qui ingressus fuit 24. die Februarii, sequenti anno die 25. debet profiteri.

6. In societate totus Novitiatu cum secularibus vestibus transigi potest, quia non habet speciale habitum.

7. Novitius qui facit in societate vota devotionis, facit solum dum in Novitiatu proficere voluerit, & ideo manet liber ad religionem deferendam, & promissio, quam facit i societate ingrediendi, est sub conditione, si nostra Religio sibi post probationem placuerit.

8. Effectus prædictorum votorum est majus meritum faciendi res pro illo tempore ex voto, sicut majus erit demeritum lapsus contra votum, vota autem hæc sunt sine animo fe perpetuo obligandi, sed tantum pro illo Novitiatu tempore sub prædicta conditione.

9. Ablata est per Congregationem VIII Provincialibus admittendi aliquem in societatem poeitatis, nisi annum 15. impleverit; dispensavit tamen N. Præpositus Generalis in Peruano regno ut expleto 14. possit recipi.

10. Novitius, qui in uno monasterio in probatione fuit per 6. menses, & in alio per 6. alios menses, non potest valide proficere, quia non fuit in probatione per annum. Si vero post annum probationis deserat religionem, & transiit etiam multo tempore redeat ad idem monasterium, poterit valide proficere, secus si ad aliud.

11. Novitius, qui annum non habuit probationem etiam post quinquennium de nullitate audiendus est, nec est contra Tridentinum.

12. Novitius, qui major est 16. annis, & non examinatus de his quæ Sixtus V. præcipit admittis fuit ad habitum, & ad professionem nullam professionem fecit.

N V P T I A E.

1. Non est peccatum mortale tempore Adventus, vel Quadragesimæ traducere sponfam in domum mariti, & convivium celebrare, quia consuetudine receptum est.

¶ Sanchez.

2. Nuptiales benedictiones possunt dari, quando alter conjux aliud matrimonium non contraxit.

¶ Menacho in
manufer.

DISPUT.

DISPVT. I. SECT. VNICA.
RESOLUTIONES VARÆ.

OR

O B E D I E N T I A.

DE O B E D I E N T I Æ D E F I N I T I O N E,
& quatuorplex fit.

* Ex Na.
var. o. 27,
num. 55.



* Est ocm.

* Vill. de a.
tr. 15, dif.
28.

d Comm.
DD.

* Comm.
DD.

f Comm.
DD.

g Bern. de
disp. &
pæc. Vo-
tum mesi
non adan-
geat Præ-
latus.

1. O B E D I E N T I A est duplex, alia specialis, alia generalis. Specialis est virtus inclinans ad faciendum ea, quæ iubentur eo principali-ter, quod iubentur. Generalis verò comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit, quod iubetur.

2. Cum subditus ob contemptum omittit facere iussa Prælati etiam in materia levi, peccat *b* mortaliter.

3. Inobedientia naturâ suâ est peccatum *e* mortale, & subditus peccat mortaliter non obediendo, cum ex Prælati verbis constat obligare voluisse ad mortale, ut si iubeat in virtute sanctæ obedientiæ, vel sub excommunicatione.

4. Si materia levis sit etiam si Prælati velit obligare ad mortale, qui non obedit, non peccat *d* mortaliter, nec venialiter si res manifeste est impertinens. Si tamen ex rei levis fractione, verbi grati ingressus in alterius cubile grave damnum imminet Religioni, & Prælati intentio sit obligare sub mortali, peccatum mortale erit *f* odio rei levis.

5. Non tenetur subditus in *e* actibus interioribus obedire, nec in rebus jure naturali divinis, vel Canonico, vel à majore superiore prohibitis.

6. Tenetur *f* in rebus dubiis obedire, nisi dubium esset in damnatum tertii, vel proprium spirituale.

7. In rebus valde difficultibus non tenetur *g* subditus obedire, ut si iuberetur per plures dies in pane, & aqua jejunare, nisi ad hoc esset causa rationalis.

8. In

8. In rebus omnibus licitis quamvis arduis obedientia est perfecta in novis asperitatibus, & rigoribus extra consuetudinem, & regulam non est obligatoria nisi manifeste illicitis est indifcreta.

9. In re gravi nolle sine causa obedire mortale *h* est.

10. Per edicta generalia non intendunt *i* superiores cum magno damno obligare; nec tenetur obedire qui scit superiorum non præceptum, si rei cognosceret veritatem.

11. Cum inter subditum, & superiorum est opinionum diversitas, tenetur *l* subditus obedire, nisi manifeste sciat rem esse illicitam. Sunt tamen qui dicant *m* nunquam ad obedientiam teneri, qui probabiliter iudicat rem esse illicitam, vel ad superioris jurisdictionem non pertinere.

12. Cum dubium *n* est an res præcepta sit licita nec ne, teneri subditum obedire alii aunt, alii *o* negant.

13. Religiosus inobediens non peccat dupliciter contra obedientiam, & contra religionem, est enim una tantum malitia.

14. An Prælati possit obligare sub mortali ad observantiam rei contentæ sub regula ad nullum peccatum obligante, alii negant, alii aunt probabilius; si causa rationalis ad sit, *p*

15. Cum dubitetur *q* de legitima jurisdictione, Prælati non tenetur subditus obedire, et si ille sit in possessione superioritatis.

16. Qui dicit se nolle obedire superiori societatis, animum tamen habet obediendi, non incurrit *r* peccatum reservatum.

17. In societate nostra non obligat *s* obedientia sub mortali cum Prælati dicit: Jubeo, præcipio, strictè præcipio; nisi dicat: In virtute obedientiæ, vel in nomine Christi vel jubeat sub gravi poena, verbi grati, sub excommunicatione.

b Sa verb.
obedi-
tia.
i Comm.
DD.

i Vaques
apud Dia.
p. 1, tr. 11,
ref. 10.
i San. ch.
apud eun-
dem.
i Ibid.
i Valq. u-
bi supra
apud Dia.

p Dian. p. 1
tr. 7, ref. 16
q Valq. a-
pud Diam.
p. 4, tr. 32
ref. 9.
i Belliar.
de obe-
dientia. 4.
i Idem ubi
supra.

DISPVT.

DISPUTATIONE CVLÆ

variæ interjacentes.

RESOLUTIONES VARIÆ.

OBLATIO.

a Sa hoc
verb. nat.

1. Cum consuetudo est offerendi aliquid in Ecclesia, obligat; quia habet vim legis, secus si per devotionem liberam fiat.

Idem ubi
sup.

2. Oblata celebranti in Ecclesia cedunt & Restori. Itemque quæ Ecclesiæ ditionis ejus offeruntur. Extraordinaria autem, quæ primam Missam celebranti offeruntur ad celebrantem spectant.

OBLIGATIO.

a Sa hoc
verb. nat.

1. Cum multa sunt vincula simul fieri impossibilia, prævalet a maximum, si autem sunt æqualia primum.

Idem ubi
sup.

2. In generali obligatione etiam cum juramento non veniunt ea, ad quæ fit tunc cogitares, te non obligares.

Comm.
DD.

3. Obligatus coquere, vel in aliis familiæ ministeriis ministrare, tenetur etiam si aliquantulum augoantur, non verò si grande sit augmentum, vel decrementum, tunc enim augendum, & vel minuendum pretium.

Comm.
DD.

4. Nemo potest se obligare ad mutilationem membrorum, quia illorum non est dominus.

Comm.
DD.

5. Cum tempus præfinitur ad dilatandam obligationem eo elapso non finitur.

OBSES.

a Silvest.
hoc verb.
nume.

1. Papa potest a religiosum, vel clericum obsequium dare, & Abbas monachum pro utilitate monasterii.

OCCULTUM vide Manifestum.

OBSTE-

OBSTETRIX.

Obstetrix peccat a mortaliter ignorando formam Sa. a Comm. DD.

OCCASIO.

1. Ut quis absolvi possit, non tenetur a abstinere ab occasionibus remotis peccandi mortaliter, nec a propinquis peccandi venialiter; tenetur tamen a propinquis peccandi mortaliter.

2. Qui commodat enim petenti animo irato, peccat b a Navar. mortaliter, quia dat ei proximam occasionem peccandi. apud A vil.

3. Qui præbet alicui peccandi occasionem ut comprehensus melius corripiatur; non peccat e quando eum aliter non potest corripere.

3. Non dat occasionem peccandi, qui instituit processiones, choreas, vel convivia, ubi concurrentes solent ex sua malitia peccare. d Idem ibidem.

ODIVM.

1. Anticipata salutatio non debetur, a nisi præ excellentibus viris; resalutatio omnibus, allocutio solis conjunctis. Comm. DD.

2. Optare alicui mortem, vel gaudere de illa ob utilitatem inde mihi secutam non est odium, nec b peccatum mortale. Item nec sibi mortem optare, ut liberetur a gravi malo temporalis. b Castro. palao apud Diaz. p. 3. tr. 6. ref. 44.

OFFICIUM.

1. Peccant a mortaliter Principes officia vendentes tantum, vel tabus personis, ut probabiliter credatur eis male usuros fore in damnium rei publicæ. Sanchez apud eundem p. 5. tr. 14. ref. 92.

2. Prætores, & domini habentes Superiorem, si officia vendunt, peccant b mortaliter in locis; ubi prohibitum est sub mortali.

3. Non peccant e Principes officia dantes pro dote vel pro mercede obsequiorum, nisi si officia sint publica.

4. Officium rei publicæ non dare digniori quidam putant esse mortale, a alii dicunt sufficere, si detur idoneo.

5. Officia publica vendere sunt qui dicant esse mortales, alii negant. Cerrum tamen est rem esse valde perniciosam rei publicæ, & in Peruviano regno officia Prætorum, vel Corretorum vendere non est aliud, quam miserabilium Indorum sanguinem effundere; Qui enim talia officia emunt, duplo ad minus majus lucrum dato pretio, ex Indorum visceribus cohsantur crueri. d Sa hoc verb. vide Mol. dis. 91.

Oo

9. Potest

f Sa hoc
ver. b. a. f.
6. Potest f Princeps virum valde utilem rei publicæ ad officium publicum suscipiendum compellere.

g Comm.
DD.
7. Officium publicum dare non oportet g ei, qui illud ad lucrum ambit; cupiditas omnium malorum est radix, & talis laborant vito omnes, qui officia emunt.

b Comm.
DD.
8. Officialis, b qui habet sufficiens stipendium, nil amplius pro ministerio potest recipere, nisi sit ei liberè donatum.

i Dian. p.
3, tr. 5, ref.
109.
9. Qui habet officium, & licentiam à Rege illud transferendi in alium, potest i illud vendere saltem ex tacita Regis licentia.

l Commi.
DD.
10. Qui eligunt indignos ad officia publica non solum peccant mortaliter, sed tenentur i restituere damna ex mala electione secuta.

m Covar.
n Ledef.
in sum.
tit. de fas.
penit.
e Vide Nav.
var. in
sum. c. 57.
11. Officia secularia, si aliquando licet vendere, debent esse cum tribus conditionibus: 1. Quod vendantur saltem dignis. 2. Pretio moderato. 3. Ob necessitatem vel utilitatem non propriam, sed reipublicæ. n

12. Pius V. legem o tulit sub gravissimis penis contra ambientes officia jurisdictionem habentia.

DISPUT. I. SECT. VNICA.

RESOLUTIONES VARIE.

OPINIO.

De electione opinionum.

1. **O**pinio est assensus cum formidine de opposito.

2. Cum Confessarius, & penitens diversas habent opiniones, si opinio Confessarii innatur textui evidenti, & penitens opinio in ratione dubia, non n debet illum absolvere, sed instruere.

4 Comm.
DD.
b Comm.
DD.
3. Ex opinionibus sequenda b est communior, & quæ fortioribus fundamentis innatur, quibus cessantibus benignior eligenda est, & quæ favet matrimonio, dote, vel reis, & aliis piis locis, aut personis miserabilibus.

4. Opinio

4. Opinio e communis non facit jus, inò anteponenda est; quæ meliori rationi innatur.

5. Non tenemur tutiorem semper partem eligere, sufficit a in his quæ ad mores, & fidem spectant tutam sequi.

4. Tutus e est in conscientia, qui sequitur opinionem illius quem merito idoneum credit.

7. Pluris facienda f est opinio paucorum rationes perpendentium, quam multorum non ita perpendentium.

8. Licitum g est relicta opinione tutiore, & probabiliore sequi minus tutam, & minus probabilem; quia prudenter agitur ex opinione probabili agitur, sed in materia sacramentorum erit contra charitatem.

9. Sententia favorabilis sacramenta suscipienti preferenda b est sententia quæ favet sacramentis, quia hæc in favorem fidelium innatur.

10. Consultus Doctor potest i contra propriam opinionem responderi favorabilem interroganti, immò tenetur cum de benigniore interrogatur.

11. In rebus ad jus spectantibus DD. Jurista preferendi l sunt Theologis, nisi hæsimul sint Jurista. In rebus autem ad Theologiam pertinentibus, Theologi sunt anteponendi.

12. Autoritas glossæ in Decreto, & Decretalibus præferenda est omnibus aliis DD

13. Potest in se opinio probabilior esse, sed non mihi, qui ejus rationes intime calleo. m

14. In rebus mere speculativis, quæ ad fidem, vel mores non pertinent, licitum n est prohibito opinari, nisi sit scandalum.

15. Cum est definiti fidei opinio magis fidei conformis o præferenda est.

16. In rebus fidei etiam speculativis non licet p contra communem sententiam sanctorum, & Ecclesiæ Doctorum opinari.

17. Opinio consuetudine recepta eligenda g est, cum tamen consuetudo non est, ea quæ in aliquo textu innatur, & cum textus non est ea, quæ fortiori innatur / fundamento.

18. Vir doctus potest i contra communem sententiam, cum habet solidum fundamentum, & manifestum.

19. Cum agitur de re paxiali benignior opinio n sequenda est.

20. Cum ex opinione communiori, & probabiliore grave aliquid sequitur damnum, minus probabilis præferenda x est.

OO 2

21. Opinio

Vsq. 11, to. 1, disp. 62, c. 4, num. 18, a Comm. DD. n Sanchez. lib. 4, de matr. disp. 14.

e Navar.
d Azor.

to. 1, lib.
2, c. 17.

e Sanchez
de matr.

lib. 2, disp.
43, n. 30.

f Comm.
DD

g Sanchez
lib. 1, de
matr. disp.

41, h. 9.

b Idem
ubi sup.

i Idem

l Comm.
DD.

m Gloss. ff.
de leg. 3.

n Comm.
DD.

o Comm.
DD.

p Comm.
DD.

q L. Mini.
me cam.
gloss. ff.

r Navar.
dic. c. 87,
n. 26.

s Capellanus
de feris.

x Azor. to.
1, c. 1, q. 6.

580

Opinio.

21. *Idem ubi supra.* Opinio unius Doctoris, qui ratione probabili favet matrimonio jam factio preferenda est omnibus DD. aliud opinantibus.

22. In dubio melior est conditio possidentis, in diversitate autem opinionum licitum est esse contra possessionem sententiam ferre sequendo opinionem probabilem.

23. *AN QVIS POSSIT contra propriam opinionem operari: & de obligatione subditi.*

23. Relicta propria opinione, quam quis putat tutiorem & probabiliorem, potest quis alienam sequi probabilem & secundum illam operari. Quod non solum potest sed facere & tenetur subditus, quando aliquid à superiore jubetur contra suam opinionem.

24. Confessarius contra suam opinionem tenetur si se accommodare penitentis opinioni probabili.

25. *IN SACRAMENTORVM administratione, qua sunt opinionem sequenda.*

25. In spectantibus ad formam, & materiam sacramentorum usus est Ecclesie omni opinioni probabili preferendus est.

26. Cum non est usus Ecclesie, nec preceptum, nec consuetudo in contrarium, potest sequi opinionem probabilem licet minus tutam, re secundum se considerata; sed erit contra charitatem secundum quam etiam probabiliore relicta tutior opinio preferenda est.

27. Si desunt materia, vel forma sacramenti etiam si quis sequatur opinionem probabiliorum, nullum erit sacramentum, secus est in rebus ad jurisdictionem spectantibus.

28. Cum defectus est à jure naturali vel divino, non g suppletur per communem errorem, nil enim interest, quod quis sacerdos per errorem putetur, si sacerdos non est.

29. *QVAM OPINIONEM miles sequi teneatur.*

29. Miles potest si in bello pugnare, cum de illius injustitia sibi non constat.

30. Miles alienigena tenetur si diligenti inquirere cum habet indicia, quod injustum sit bellum.

31. Si post bellum cognoscatur miles fuisse in justum, id solum restituere tenetur in quo dicitur factus fuit.

32. Alienigenæ, qui ante initum bellum non convenerant cum Principe, debent moraliter certificari de justitia illius, secus enim non possunt militie pugnare.

33. Qui parato animo est ad pugnandum pro quocumque, qui ei stipendium dederit, est in peccati mortali statu.

DISPUTATIVNCVLA

interiacens.

RESOLVTIONES VARIE.

ORATIO.

1. Qui ex obligatione orat, tenetur attendere, alioquin non satisfacit.

2. Possunt anime in Purgatorio existentes orari, etiam quidam id negent, & qui in celo esse creduntur, privati tamen oratione.

3. Preceptum esse orandi obligans ad mortale in gravi necessitate propria, vel proximi, alii ajunt, alii negant & probabilis, cum aliud suppetit remedium. Idem dic cum quis preparatur ad gratie susceptionem per sacramentum.

4. Non peccat, qui pro propria, vel aliena morte orat ob peccatum vitandum, imò & meretur.

5. Oratio in mortali existenti prodest ad bonorum temporalium impetrationem, & de congruo ad gratia consecutionem.

DISPUT. II. SECTIO I.

RESOLVTIONES VARIE.

ORDO.

De Ordinis definitione, & quotuplex sit.

1. Ordo est signaculum quoddam, in quo, & per quod spiritualis potestas, seu officium traditur Ordinato.

2. Est unum ex lege gratie & sacramentum à Christo Domino institutum. Fuit institutum in nocte Cænar, & perfectum post Resurrectionem.

Oo 3

3. Omnes in genere

DISPUT.

d Trid. ses.
7. can. 7.
ses. 1. c. 4.

3. Omnes Ordines unum tantum constituunt ad perfectum sacramentum.

QUOT SINT ORDINES Ecclesie.

ec. nullum
c. de scrini-
mus.

4. Ordines Ecclesie sunt septem, & majoribus votum Iohanne castitatis est annexum.

f Comm.
DD.

5. Primus ex majoribus est subdiaconatus, ad quem spectat solemniter dicere Epistolam, dare calicem purificatum Diacono, & aquam infundere.

g Comm.
DD.

6. Diacono competit legere solemniter Evangelium, & potest concionari ex facultate Episcopi, & cum Eucharistia olim ministrabatur in utraque specie, ipse sanguinem ministrabat.

h Comm.
DD.

7. Presbytero convenit ex officio Missam celebrare, & per consequens absolvere, & ligare, quod est preparare mysticum corpus, ut verum recipiat. Quia potestis altior esse Regia. Unde dixit Ambrosius de quo refert Gelasius Papa hæc verba. Qui etiam in suis manuscriptis ostendit, quod autem non tam pretiosus sit plumbo, quam Regia potestate sit altior dignitas Sacerdotalis.

i Cajet. in
9. de rit.
Ordin.

8. Ordo late sumptus comprehendit etiam primam tonsuram, & Episcopatum: prima tamen tonsura est dispositio ad Ordines, & Episcopatum extensio Sacerdotii.

o Trid.
die c. 4.

9. Archiepiscopatus, Patriarchatus, Cardinalatus, & Patatus non sunt Ordines, neque qui has accipiunt dignitates consecrantur.

AN OMNES ORDINES sint sacramenta legis gratie.

o Trid.
die c. 4.

10. Sunt, qui dicant sine onere posse defendi minores Ordines non esse sacramenta, contraria tamen sententia expressa videtur in Tridentino in illis verbis: Si quis dixerit prater Sacerdotium non esse in Ecclesia catholica alios Ordines, per quos velut per gradus quosdam in sacerdotium constant, anathema sit.

QUAE SIT huius sacramenti materia.

h Concil.
Flor. in
decr.

11. Materia est nihil, per cuius traditionem confertur sacramentum hoc sicut Presbyterium traditur per calicem cum vino, & patenæ cum pane perfectionem. Diaconatus per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicem vacui cum patena vacua traditionem, & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem.

h Henric.
lib. 10. c. 7.
p. Sum. 10.
3. disp. 23.
sec. 1.

12. Si ascensus ad Presbyteratum contingeret dari calicem sine vino, vel patenâ sine pane triticeo, non maneret ordinatus, & opus esset reiterare per Sacramentum sub conditione
Sunt

Sunt verò qui dicant unam ex duabus speciebus sufficere.

13. An verò sit necessarium ad essentiam huius sacramenti materiam tangere, alij negant, alii multo probabilius affirmant. Hostiam tamen sicut nec vinum opus non est tangere, sufficit tangere calicem, & patenam.

QUAE SIT huius sacramenti forma.

14. Forma sacerdotii est: Accipe potestatem offerendi sacrificia in Ecclesia pro vivis, & mortuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

15. Diaconatus est: Accipe potestatem legendi Evangelium, &c. Subdiaconatus vero non est cura traditur liber Epistolularum, sed cum ei porrigitur calix sine vino, & patena sine pane, illicque dicitur: Videte cuius ministerium vobis traditur. De reliquis formis videatur Villalobos

16. Advertendum est, quòd si forte contingeret defectus aliquis essentialis, qui accipit Ordinem se gerere debet tanquam numquam ordinatus. Si autem defectus fuit accidentaliter suppletendus non est, & interim abstinentium ab exercitio Ordinis.

DE EFFECTU huius sacramenti.

17. Hoc sacramentum causat gratiam sicut reliqua sacramenta novæ legis. Cum autem quis in Episcopum consecratur, non confertur illi nova gratia, sed character extenditur.

18. In hoc Sacramento imprimitur character.

AN ORDINANDO necessarium sit aliud antea recipere sacramentum.

19. Necessarium est ad essentiam Ordinis, quòd ordinandus sit baptizatus, & elique convenientis, quòd sit confirmatus, & sed non confirmatum ordinari, erit tantum veniale.

20. Qui ordinatur sine prima tonsura manet a ordinatus, sed peccat mortaliter.

21. Qui ordinatur per saltum manet ordinatus, sed peccat mortaliter, & Episcopus potest dispensare.

22. Non potest consecrari in Episcopum, qui non est sacerdos.

DE MINISTRO huius sacramenti.

23. Episcopus est ordinarius minister huius sacramenti, eique competit ex officio illius administratio.

24. Ex Papa committitur potest & quilibet Sacerdos ministrare primam tonsuram, & Ordines minores non verò majores.

25. Episcopus hæreticus illicitè cõfert Ordines, sed valide si habet intentionem faciendi, sicut facit catholica Ecclesia, &

g Comm.
DD.
r Silvest.
verb. Or.
do.

g Concil.
Florent.
in Decr.
Eug.
c. 1. de
sacr. non
iter.

o Trid. ses.
23. c. 1.

o Trid. ses.
21. c. 4.
o si quis
Presbyt.
8ca. veni-
ens, veni-
ens de
Presb.
non bap.
o Trid. ses.
21. c. 4.

o Titul. de
clec. per
sal. ordin.
b idem.
o Comm.
DD.

o Trid. ses.
21. c. 6.
o c. quo-
niam 64.
o q. 3. o.
cum con-
tingit. de
x. & qual.
ordin.

f Aug. re-
latu. in c.
quod qui.
&
dein 191.

Seipſe eſt verus Episcopos: Angli enim & alii qui negant catholicam Eccleſiam, nec habent intentionem faciendi quod ipſa facit, nec ſunt veri Episcopos, nec valide Ordinem poſſunt adminiſtrare.

¶ Vide
Vill. to. 1.
tr. 11. d. f. 3.
h. e. eos de
tem. ord.
in 6.

26. Episcopos debet habere intentionem Ordines confe-
rendi ei, qui habet preſentem, & hic ſuſcipiendi Ordinem.
27. Peccat mortaliter, qui miniſtrat, & qui ſuſcipit hoc
ſacramentum in peccato mortali.

*AN EPISCOPOS poſſit Ordinare eos, qui ſunt alicuius
Episcopatus.*

¶ Trid. ſeſ.
23. c. 8.

28. Episcopos conferens Ordines ei, qui ad alium pertinet
Episcopatus, peccat mortaliter, ille autem manet ordinatus,
29. Quomodo agnoſcendum ſit ad quem quis pertineat
Episcopatum, vide verbum *Domicilium*.

30. Episcopos, qui alienum diſceſanum ſine dimiſſoriis
ordinat, manet ſuſpenſus per unum annum ab Ordinum
adminiſtratione, & ordinatus ab omni exercitio ſuſcepti ad
arbitrium proprii Episcopos.

¶ Vill. ubi
ſup. diſ. 2.

31. Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Episcopalem
etiam ſi ſunt ſæculares poſſunt ſiſuis ſubditis dare dimiſſorias,
ut Ordines ſuſcipiant.

¶ Trid.
ſeſ. 7. c. 10.
de reſor.

32. Capitulum ſede vacante etiam intra annum à morte
Episcopos poteſt dare dimiſſorias obligatis ad Ordines ratione
beneficii.

¶ Sanch.
to. 7. lib. 3.
diſ. 28.
num. 23.

33. Episcopos excommunicatus non poteſt dare dimiſſorias,
& dante mortuo non expirat.

¶ Trid. ſeſ.
21. c. 10.
p. Comm.
DD.

34. Prælati religionum dant ſiſuis ſubditis licentiam ut
ordines recipient.

¶ Trid. ſeſ.
6. de re-
for. c. 7.

35. In dimiſſoriis locum etiam habet præſentia habitio, ut ſi ordi-
nandus bona fide credat Episcopos ſit ratum eſſe habiturum.

¶ Trid. ſeſ.
23. c. 2.

36. Nullus Episcopos poteſt Ordines celebrare in aliena
diſceſi etiam in loco exempto ſine licentia proprii Episcopos,
vel Capituli ſede vacante.

¶ Comm.
DD.

37. Episcopos familiare ſuſcep non ſubditum ordinare
non poteſt, niſi per triennium ſecum fuerit commemoratus, &
beneficium quocumque fraude ceſſante ſtatim re ipſa illi con-
ſeruat, conſuetudine quacumque etiam immemoriali in con-
trarium non obſtante, verba ſunt Tridentini.

¶ D. Ambr.
relatus in
6. mulier
14.

38. Sufficit, quod Episcopos faciat Ordines cum opus fuerit.
DE SPSCEPTIVRIS hoc Sacramentum.

39. Permina non eſt capax huius ſacramenti, nec Herma-
phrodita, in quo prævalet ſexus ſæminicus, vel æqualiter
in utrumque ſexum propendat. Si autem in eo prævalet

ſexus

ſexus virilis, eſt capax, ſed irregularis.

40. Parvuli, & amentes non poſſunt ordinari; ſi autem de
ſæcio ordinentur, ordinati manerunt.
QVÆ ETAS neceſſaria ſit ad Ordines.

¶ D. Th. ſe.
4. diſt. 25.
art. 1. q. 2.

41. De iure divino non eſt præſcripta ætas, præſcribitur
tamen à iure canonico.

¶ 1. qua æ-
tate. ſe. de
teſtam.

42. Annus inceptus pro completo reputatur, y incepto ta-
men anno neque unus dies debet deficere.

43. Ad Episcopatum neceſſarii ſunt 30. anni.

44. Qui ante legitimam ætatem ſacris ordinatur, manet
ſuſpenſus.

¶ 2. c. Episcopos
77.
c. cum in
cunctis, de
elect. in 6.
¶ Pius II.

45. Non poteſt Episcopos in ætate diſpenſare, ſed ut ſu-
ſpenſio incurrat ab ordinato neceſſarium eſt quod dolum
habuerit.

¶ Ex decl.
Card.

46. Qui bona fide ante legitimam ætatem ordinatus fuit
non poteſt niſi impleta celebrare ætate; & à fortiori, qui ma-
la fide etiam ſi irregularitatis diſpenſationem conſecutus
fuſſet.

¶ Suar. de
conſ. diſp.
31. ſe. 1.
n. 6.

AN RELIGIOSI poſſint ante legitimam ætatem ordinari.

47. Conſulenda ſunt Religioſorum privilegia.

SECTIO II.

*AN INTERSTITIA INTER ORDINEM
& Ordinem ſint neceſſario obſervanda.*

1. **M**inores Ordines per temporum æ interſtitia, niſi aliud
Episcopos magis videretur expedire, conſerantur.
Verba ſunt Tridentini.

¶ Trid. ſeſ.
23. c. 11.

2. Hi verò non niſi poſt annum à ſuſceptione poſtremi
gradus Minorum Ordinum ad ſacros Ordines promovēan-
tur, niſi neceſſitas, aut Eccleſie utilitas iudicio Episcopos aliud
expoſcat.

¶ Ibid. c. 11

3. Promoti ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem, ſi per an-
num ſaltem in eo non ſunt verſati ad alterum gradum, niſi
aliud Episcopos videretur, aſcendere non permittantur. Duo
ſacri Ordines eodem die etiam regularibus non conſerantur,
privilegiis, ac indultis quibusvis conceſſis non obſtantibus.

¶ Ibid. c. 13

4. Idem dicit Tridentinum de Diacono, qui ut ad Presby-
teratum aſcendat, per annum ſaltem in Diaconatu debet ex-
erceri.

¶ Trid.
c. 14.

¶ Qui

¶ Navar.
conf. 1. de
temp. ord.
lib. 2.

5. Qui ordinatur non servatis interstitiis, nec suspensionem, nec irregularitatem incurrit. e

6. Dispensatio in interstitiis facienda f est ab Episcopo, qui dat dimissorias.

7. Parochus qui intra annum non est ordinatus, quia Episcopus nolut in interstitiis dispensare, nō subiacet g pœnis.

8. Annus interstitiorum ex Ordine ad Ordinem numerandus est, & non ex 12. mensibus completis.

9. Cum dispensat Episcopus in interstitiis, potest b eodem die Minores Ordines cum Subdiaconatu simul dare.

10. Religiosi Societatis nostræ ex privilegio Gregorij XIII. possunt i a quocumq; Episcopo non servatis interstitiis ordinari. Idem possunt qui communicant ex nostris privilegiis.

AN ECCLESIA habeat tempora determinata ad Ordines.

11. Quocumque tempore hoc ad ministraretur sacramentum validum esset, habet tamen Ecclesia lex l tempora ad hoc determinata. Quæ sunt quatuor sabbata quatuor temporum, & sabbatum ante Dominicam Passionis, & sabbatum ante Pascha Resurrectionis.

12. Si Episcopus in his sabbatis habuit aliquod impedimentum mane, potest m sequenti Dominica continuato hesternio jejuniu Ordines celebrare.

13. In quacumque Dominica, vel festo solemniori potest n Episcopus Ordines particulares facere duos, vel tres ordinando. Primam autem tonsuram qualibet die potest dare.

14. Religiosi mendicantes ex privilegio Greg. XIII. concessio nostræ Societati possunt e in tribus diebus festivis etiam sancti semiduplicis ad omnes majores Ordines promoveri.

15. Locus in quo Ordines sunt celebrandi debet p esse dignior Ecclesiæ loci, sed hoc non servare non est peccatum, quia nullum est præceptum.

DE MORIBUS, ac scientia ordinandorum.

16. Prima tonsura non sunt ordinandi, g nisi qui Ecclesiæ utiles fore probabiliter censentur, & Minores Ordines non dantur ei, qui solum linguam Latinam non intelligat.

17. Non est peccatum r mortale prima m tonsuram suscipere ad declinandam iudicis secularis jurisdictionem.

18. Ad Ordines majores majori scientia opus est, & præcipue ad sacerdotium, ad quod non est promovendus, nisi qui possit docere populum viam salutis æternæ, etque sacramenta ministrare. In religiosis verò choro addicis tanta scientia opus non est

19. Episcopi jus habent r ad examinandū eos, qui ordinandi sunt,

¶ Trid. ubi
102. c. 12.

sunt, etiā si sint religiosi ex Tridentino in illis verbis: *Regulares quosq; neque in minore aetate, nec sine diligenti Episcopi examine ordinentur privilegio quibuscumq; quoad hoc penitus exclusis.*

AN NECESSARIUM sit, ut aliqui ordinentur, quod habeat beneficium, aut Patrimonium.

20. Respondetur n affirmativè, & contrarium facere est mortale.

21. Beneficium debet r esse sufficiens ad Clerici sustentationem, & illud habere debet in pacifica possessione.

22. Debet esse beneficium perpetuum. & sufficit collata y Capellania; & laicus patronatus si est perpetuus, & sufficiens.

23. Patrimonium r debet esse sufficiens, & non potest alienari sine licentia Episcopi, nec remitti, nec extinguī. Sufficiencia verò arbitrio Episcopi relinquitur.

24. Qui in hoc falsam se cit informationem peccat a mortaliter, & manet suspensus, surreptitice ordinatur, qui tamen patrimonium extinguī non manet suspensus.

25. Ob penuriam Sacerdotum b potest quis ordinari, dummodo alius se obliget ad illum congruè sustentandum.

26. Si quis faciat pactum cum Episcopo de non petendis alimentis, ipse, & Episcopus sunt r imoniaci.

27. Pactum de non petendo post Ordines, vel de restituendo patrimonium non a valet.

28. Collega, vel Doctor si beneficio, vel patrimonio careant, non possunt e ordinari. Contrarium tenet Henriquez.

29. Episcopus tenetur f alimenta præstare ei quem sine titulo ordinavit.

30. Qui arte aliquā congruè sustentari possunt, g si non habeant beneficium, vel patrimonium non possunt ordinari.

31. Religiosi professi, & qui tria vota simplicia in Societate fecerunt non indigent b alio titulo.

32. Potest aliquis ad sacros Ordines promoveri ad titulum honorum, que ei donantur, dummodo donatio sit certa, firma, perpetua, & sufficiens.

33. Clerici regulares, qui ante professionem factam ad sacros Ordines promoveri, ipsos factos suspensi sunt, & ita Ordinum susceptorum actus exercendo sunt Irregulares Sed Greg. XIII. ab hac Pii V. constit. clericos m excoic Societatis J E S U.

34. Societatis religiosi cum post Sacerdotium exire non possunt, nisi a superioribus ejiciantur, providetur n illis de reddito solum quadraginta aureorum annuorum ex bonis Religionis; hoc tamen non est ulu receptum.

¶ Trid. sess.
22. de ref.
c. Comm.
DD.
y E. Eman.
in sum.
c. 6. n. 15.
c. Trid.
ubi sup.
c. Comm.
DD.
b Ex decl.
Card.
vide Vill.
ubi sup.
c. Item ib.
d. Ledem.
1. p. sum.
de hoc
sacr. c. 7.
r Henrij.
1. 42. de ir.
reg. c. 5.
n. 31.
f. eum
secum, de
pærib.
g Ex decl.
Card. l. 3.
de temp.
ord.
b Ex priv.
Greg. XIII
Ex decl.
Card. ubi
supra.
i Pius V. in
Extra.
que inel.
pit Roma.
m Ex cōp.
privil.
n Ex decl.
Card. l. 3.
de temp.
ord. n.

AN CLERICI *tenentur ferre tonsuram, & habitum honestum.*

35. Qui tantum minores Ordines habent, non peccat licet non deferat tonsuram, neque habitum Clericalem, nisi habeant o Ecclesiasticum beneficium.

36. Vestes honestæ dicuntur illæ, quibus utuntur ut plurimum Clerici honesti.

* Clem. 1.
de vit. &
honest.
Cler.

37. Clericus utens vestibus variegatis vulgo decolor per sex menses manet p̄ suspensus à perceptione fructuum sui beneficii, & incurrit alias penas videndas ex Clementina 2. de

g Vbi sup.
vita & hon. Cler.

38. Qui admonitus prædictas vestes non reliquerit manet q̄ privatus ab omnibus Ecclesiasticis beneficiis.

39. Sacris initiatus, qui clericalem habitum & tonsuram non deferat, nec aliud signum, ex quo clericum esse dignoscatur peccat mortaliter.

AN ECCLESIASTICI sint exempti à potestate civilis?

40. Clerici sunt exempti s̄ potestate civili, & aliquæ exemptiones sunt de jure & divino.

41. Non est certum Clericorum bona esse de jure divino exempta à potestate civili. Et personæ Ecclesiasticæ non sunt in rebus omnibus à seculari jurisdictione exemptæ.

QVÆ AMITTAT Clericus in minoribus constitutus Ordinis matrimonium contrahant?

42. Per sola sponsalia nihil amittit, & si contrahat matrimonium invalidum ante sententiam judicis non amittit x̄ beneficium.

43. Per matrimonium validum vacant a ipso facto beneficia, & pensiones Clericales. Sed nihilominus gaudet duobus privilegiis Canonæ scilicet *si quis suadente*, & *fori b̄ privilegio*, si semel & cum virgine contrahat, & deferens tonsuram, & habitum e Clericalem adscriptus sit alicui Ecclesiæ, cui deferriat.

AN CONVIGATVS posse Ordinari?

44. Non potest a sine uxoris consensu, nisi uxor sit adultera; nec primam tonsuram suscipere.

45. Si sacrum susceperit Ordinem sine uxoris consensu, potest ab ipsa e revocari. Si autem de illius consensu sacris initietur, si illa est juvenis, debet religionem ingredi; si provec̄tæ ætatis, potest emissio calitatis voto remanere *in sæculo*,

* Clem. 1.
de vit. &
honest.
Cler.
* Clem. 1.
de vit. &
honest.
Cler.
g Vbi sup.
vita & hon. Cler.
r Comm.
DD.
f Est de fi.
de Mach.
16. & loa.
6 ult.
r Vide
Vill. ubi
sup. dif. 17
u D. Tho.
sup. epist.
ad Rom.
c. 17.
x Navarr.
e. 23. n. 8.
y Comm.
DD.
z Sanchez.
to. 2. l. 7.
de matr.
dif. 41. n. 7.
a c. 1. de
Cler. con-
jug.
b c. unie.
de Cler.
conjug.
in 6.
c Trid. ses.
21. c. 6.
d c. con-
jug. de
conver.
conjug.
e Ioan. 12.
in Exer.
f a. c. 63.
de con-
ver. 600.

SECTIO III.

De variis circa hoc sacramentum resolutionibus.

1. Qui eodem die suscepit duos Ordines sacros, à posteriore s̄ suspensus, & solum à Papa potest dispensari. Idem dic de eo, qui cum minoribus simul subdiaconatum suscepit, nisi sit consuetudo contraria.

* Comm.
DD.

2. Qui obfessus b̄ semel à Romano fuit non potest ordinari, quòd si erat ordinatus non debet amplius celebrare.

* Nav. 2.
27. c. 62.

3. Causa sufficiens dispensandi in interstitiis est habere beneficium Presbyterale cum obligatione omnes Ordines suscipiendi intra annum.

4. Unionem non esse de essentia Ordinis Sacerdotalis communior, & probabilior sententia e est; si tamen omittatur, supplenda est antequam Ordinatus utatur Ordine.

c. c. fin. de
fac. nōn
iter.

5. In omnibus Ordinibus præter Presbyteratum sufficit, quòd materia tradatur per Archidiaconum.

d D. Tho.
in 4.

6. Actus Ordinis Minorum possunt fieri à laico ex Ecclesiæ universali consuetudine.

* Comm.
DD.

7. Ordines non dantur s̄ post prandium, nec sacer Ordo sine Missa.

f Ex ritus
li Roman.

8. Matrimonio junctio ordinare Græcorum error fuit, sunt autem, qui morem hunc non improbant.

g Comm.
DD.

9. Notarius pro dimissoriis expediendis si stipendium non habeat, potest accipere decimam partem auri, nisi sit consuetudo nihil accipiendi.

h Comm.
DD.

10. Episcopum in peccato mortali oleum, & chrisma consecrante aliqui dicunt peccare mortaliter.

i Comm.
DD.

11. Si Episcopus morbo correptus Ordines non possit absolvere, pergat salter ubi ille desit.

j Comm.
DD.

12. Si ob Ecclesiæ utilitatem Episcopus præcipiat alicui, quòd ordines suscipiat, parere tenetur, nisi justa causa excusetur.

m Comm.
DD.

13. Subdiaconus in favorabilibus venit in nomine Sacerdotis, non verò in odiosis.

14. Qui habet dimissorias, ut ordinetur ab alieno Episcopo in propria diocesi, si faciat Ordines in aliena ex licentia illius Ordinarii, potest s̄ ordinari ex ratihabitione.

n Placi-
tum au-
thoritas.

15. An Episcopus, qui habet facultatem Ordines celebra-

di

¶ Comm.
DD.

di in aliena diocesi, possit sacris initiare non solum subditos licentiam dantis, sed etiam alienigenas afferentes litteras dimissorias, alii negant, alii probabiliter affirmant.

¶ Comm.
DD.

16. Potest Episcopus in aliena diocesi conferre primam tonsuram suis subditis, quia non est Ordo.

¶ Placitum
authoris.

17. Potest quivis ordinari ab Episcopo, in cuius diocesi habet beneficium, quantumvis tenuerit. Et famulus familiaris Episcopi gaudet eisdem privilegiis, ac ipse familiaris.

¶ Vill. to. f.
de utro-
que grad.

18. An cum Episcopo Ordines ministrando dicit suam intentionem non esse ordinare excommunicatos, vel aliter imprecatos, si tales sint ibi Episcopo ignotian maneat ordinati alii ajuunt, alii negant. Certum r autem est pendere ex intentione Episcopi, & si ipse sibi ignotos intendat non ordinare, non mahere ordinatos.

¶ Quinta-
nad. to. f.
sing. tr. de
sac. ord.
¶ Comm.
DD.

19. Defectus in ordinatione commissus quolibet anni die suppleri potest.

20. Qui bona fide sacris initiatur ante legitimam aetatem, etiam si postea in mala fide actus Ordinis exerceat, non incurrit suspensionem, nec irregularitatem: peccat tamen mortaliter.

¶ Placitum
authoris.

21. Qui ex ignorantia crassa, sed non affectata ordinatur ante legitimam aetatem non incurrit suspensionem, & cum attingit legitimam aetatem sine dispensatione uti potest Ordine bona fide suscepto.

¶ Villal.
ubi sup.

22. Si utrinque probabilis opinio est de validitate Ordinis Sacerdotis vel Episcopatus, iterari debent sub conditione, secus si sciendum de inferioribus Ordinibus.

¶ Comm.
DD.

23. Qui subdiaconatum suscepit aliquo titulo, non indiget y alio novo ad reliquos Ordines.

¶ Placitum
authoris.

24. Qui post absolutionem a suspensione, quam incurrit ob falsi Ordinis suspensionem ante legitimam aetatem, si ante hanc adimpletam celebret non tenentur x novam suspensionem, nec irregularitatem, peccat tamen graviter.

¶ Comm.
DD.

25. Qui furtive Ordines suscipit, ut qui sui loco alium supponit examinandum, irregularis a manet.

¶ Comm.
DD.

26. Qui patitur visus aliquem defectum, dummodo legere possit non impeditur t Ordines suscipere, quod si non possit sine magno incommodo horas recitare, non tenebitur, poterit tamen sacrum facere.

¶ Placitum
authoris.

27. Qui Ordinis suscepti titulum amittit, sufficit e ad alios suscipiatur, quod id uno teste probet; & qui Ordinem majorem probat pxsumitur minores suscepisse.

28. Qui sine licentia proprii Episcopi ordinatur ab alio

mino-

minoribus Ordinibus non incurrit suspensionem, quia Extravag. Pii II. cum ex sacris, solum loquitur de sacris Ordinibus.

29. Si forte accideret, ut dum ad Ordines generales examina fierent, obiret Episcopus feria 6, quatuor temporum, capitulum sede vacante possit concedere facultatem Episcopo titulari, vel alteri diocesi, ut sabbato sequenti Ordines celebraret, quia hoc non est dimissorias dare ordinandis, sed facultate Episcopo ordinandi ordinandos a defuncto Episcopo.

30. In casu proposito possent ordinari omnes regulares etiam non examinati ante mortem Episcopi, secularis autem non nisi examinari, & approbati, quoad scientiam, & mores; autem quoad mores, & non quoad scientiam aliquis secularis esset approbatus, possit Capitulum dare licentiam ad examen faciendum ut approbatus ordinetur, ut non improbabiler aliqui sentiunt.

31. In omnino inepto, qui non nisi indecenter actum ordinis potest exercere, nec Papa potest dispensare; potest autem etiam Episcopus in eo, qui licet Latina linguam ignoret, strenue tamen actus suscepti Ordinis potest exerce.

32. Examinator ad Ordines pecuniam, aut munera recipiens simoniam non committit, nisi sit contractus: do ut des.

33. Petrus in Latina lingua parum versatus fisco nomine Joannem subrogavit, ut pro se examen subiret, & approbato Joanne, Petrus ante Ordinis suspensionem dolum Confessario aperuit; hic haec prudenter arte Petro subvenit. Petivi ab eo licentiam ut tacito illius nomine rem Ordinario propalaret, & facultatem peteret ad Petrum examinandum & ut possent ordinari, si aptus invenitur; vero ineptus ab ordine se abstineret, & habita facultate ipse Confessarius examinavit eum, & aptum reperiens absolvit, & sacris initiatus est.

34. In sententia illorum, qui minores Ordines non esse sacramentum affirmant, qui hos suscepturi sunt, actum conditionis non tenentur ante suspensionem premittere. Secus verò in opposita sententia.

35. Sacerdotes, non verò subdiaconi, nec Diaconi, mortaliter peccant, si cum Episcopo Ordinate non communicant; quia, qui consecrant, tenentur a se consecratam sumere hostiam.

36. Puer septennio non completo potest primam initiari tonsuram, dummodo ad rationis usum pervenerit, & doctrinam Christianam rudimenta legere, & scribere sciat, quia haec tantum a Tridentino exiguntur.

Sequentes
omnes hae
resolutio-
nes in do-
ctissimo Po-
Quinta-
naduena
to. i. de
singulari,
de sacra-
mento
Ordinis,
invenies;

DISPUTATIVNCVLA
interjacens.
RESOLUTIONES VARIÆ.

O R N A T V S.

1. **Navar.** **e. 19, n. 30.** **F**œmina ornans se cum periculo spirituali proximi peccat mortaliter, si faciat ex contemptu. Si tamen sine contemptu, vel sine mala intentione ornans, ut pulchra appareat, etiam si sciat aliquem ex propria malitia, & prava consuetudine peccaturum mortaliter, non peccat mortaliter.
2. Ornans se majori cultu, quam suo convenit statui solum venialiter peccat, qui autem se splendide ornat secundum decentiam sui status non peccat.
3. Religiosa, quæ ob levitatem, ut pulchrior appareat, se ornat, non peccat mortaliter, nisi notabiliter cum scandalo excedat.
4. Ornans se animo alliciendi alium ad mortale, mortaliter peccat.
5. Ornans se contra morem patriæ venialiter peccat, nisi faciat contra legem obligantem sub mortali.
6. Fœmina ostentans peçora nuda ut pulchrior videatur, non peccat mortaliter. Sunt tamen qui dicant non esse absolvendam, quæ autem vesibus cooperitur, ita tenuibus ut pudenda interluceant peccat mortaliter, & de viro idem dicendum.
7. Uti fucio, vel crinibus alienis ad detegendam deformitatem nullum est peccatum, g
8. Cum Confessor dubitat an fœmina mortaliter peccaverit in ornatu, & ipsa ut desinat nequeat persuaderi, h potest absolvi, sed tutius est doctos consulere.
9. Sibi nimio ornatu quis expendat alimenta danda filiis, vel quod debet erogari pauperibus, peccat mortaliter.
10. Uxor licite se ornat, ut marito placeat, si non excedat, nec opera ideo præcepta omittat.

Osculum. Vide verb *Luxuria, &c.*

- Non est probabilis opinio, quæ dicit esse tantum veniale osculum habitum ob delectationem carnalem & sensibilem, quæ ex osculo oritur, secluso licet periculo confensus ulterioris & pollutionis. **DISP.**

a In decre
Alexandri
VII. 1666,
28. Martii

DISPUTATIVNCVLA

Præjacentes.

RESOLUTIONES VARIÆ.

P.

PACTUM. Vide *CONTRACTUM.*

PACTUM legis commissoria positum sine fraude usurarum licitum est. Lex commissoria est, quando pignus si non redimatur tali tempore, sit possidentis pro pecunia mutuata.

P A P A.

1. In eodem puncto ac est electus legitime confirmatur à Deo, & habet omnem plenitudinem jurisdictionis, quam post coronationem, & illam habet immediate à Christo super omnes Christianos.
2. Papa non habet jurisdictionem super se; nec super suum successorem, neque dat jurisdictionem suo Confessario.
3. Papa nulli hominum potest subijci quoad penam, nec incurrit excommunicationem humanam, etiam si, quod Deus avertat, incidat in hæresim.
4. Papa potest multa, quæ sunt de jure naturali, & divino restringere, limitare, & declarare. Et Episcoporum potestatem ad peccata reservanda restringere, & ab illis reservata per se vel alios sacerdotes absolvere.
5. Potest dare facultatem, ut fideles relicto proprio parrocho cuilibet sacerdoti consteantur, & quod quolibet antea tempore facta Confessione præcepto satisfaciant Ecclesie.
6. Pape alicui statuenti circa beneficia patrimonialia Castellæ obedendum est, & contrarium dicere sapit hæresim Anglicanam.

Pp

5, Nemo

a Navar.
e. 19, n.
27,

b Idem
e. 27, n.
16,
ubi sup.
n. 11,

c Comm.
DD.

d Comm.
DD.
f Navar.
ubi sup.